



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorvm Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Ad Iacobvm Wallivm ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

A D

I A C O B V M W A L L I V M

E S O C I E T A T E I E S V ,

Cùm Michaëlem Angelum Bonarrotum , scul-
ptorem & pictorem summum , Aretinum ap-
pellasset,cùm debuisset dicere Florentinum.

V Atum maxime, quo^t fuere, VValli,
Quo^t sunt, quo^tq_z alijs erunt in annis,
Quid Florentia pulcra nobilisq_z,
Vrbs de te meruit misella tantum,
Ipsi ut Praxitelem suum atque Apellem
Vnus tu eriperes iniquè, & istud
Inter cetera lumen inuideres ?
Si nescis, grauiter tulere ciues.
Quod ni præproperè parumq_z caute
Dictum continuò palam recantas,
Edico tibi, non inultum abibit.
Nam multabere patriâ viciſſim.
Nec te illi Grudium ferent poëtam,
Brugæ nomine nec tuo ferentur:
Sed iactaberis usque Mantuanus
Vates, & Venusinus usque, & Umber.
Res est non minimum timenda VValli.

A D

C 4

A D